



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt LIX. S. Vvlganii Collegivm Lensiense in Artesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

S. VVLGANI COLLEGIVM

Lenfense in Artesia.

SVVLGANIVS natione Angl^o, claris & Orthodoxis natus parentibus, vir sanctitate magnus, plurima patrauit miracula. Cùm Danorum gens barbara & crudelissima Angliam occuparet, & urbem Cantuariã obfidione peremeret, multos ex eis conuertit. Deinde Angelica iussione marinos fluctus transmeans, in ipso transitu procellam insurgentem sedauit, & post transitum annis septẽ Morinorum plebem, quæ fidei fundamenta nondũ plenè hauserat, informauit, & exẽplis sanctissimis solidauit. Quantis autẽ prodigijs postea Atrebatu claruerit longũ foret enarrare. Obijt ibidẽ in cellula iuxta monasteriũ S. Vedasti, non multò post tempora S. Vedasti. Addit historiæ auctor, eum à comitibus & loci presbytero, multaquẽ populi frequentia, sepultũ esse in Ecclesia villæ, quẽ dicitur *Bonorũ virorum terminus*. Arbitror autem hanc villã esse Atrebatum, aut Nobiliacum, alteram Atrebatensium urbem; quodquẽ propter hospitalitatẽ in seruos Christi tale tunc cognomẽ habuerit. Postea translatus est Lenfiũ Artesiæ oppidum. Quæ translatio recens non est, cùm in chronico Cameracensi, quod ad Gerardũ II. circa annum 1040. conscriptum est, sequentia

quentia legantur: Apud castrum Lenense habetur quoque monasterium Canoniorum, vbi Sanctus quiescit VVlgannus, qui Scotus traditur extitisse. Distat autem Lensium quatuor horarum itinere ab Atrebato, versus Insulas Flandriæ Urbem. Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

CAPVT LXX.

S. BADILONIS COLLEGIVM LVthosanum Vulgò Leuze, in Hannonia.

NOtanda sunt hic verba Chronographi Cameracensis, ad Gerardum primum Cameracensem Episcopum, circa annū Christi 1040. conscriptum. Est, inquit, *Monasterium Canoniorum in honorem Apostolorū Petri & Pauli, in vico qui dicitur Luthosa, quod construxit Beatus Amandus: & est diues Abbatia; vbi vir Dei venerabilis Badilo requiescit.* Ex quibus verbis constat ibi diu monasticā aut canonicam viguisse disciplinam, & B. Amandum prima iecisse Ecclesię fundamenta. Secundus autem loci fundator fuit Gerardus de Rouffillon, Burgundiæ Comes, qui temporibus Caroli Martelli claruit. Is prole destitutus varia fundavit & dotavit Monasteria, inter quæ eminent Vize-liacum & Luthosa. Ceterū cū Saraceni Metropolim Aquensem contaminassent, dictus Gerardus & Heudo Abbas monachum suum Eadilonem vitæ Sanctimonia conspi-

H 5 cum